AD S.D.N. SIXTUM 5. PONT. OPT. MAX. GUILIELMI BLANCI IUNIORIS ALBIENSI IURISCONSULTI...

Guillaume Leblanc

AD S DN
SIXTVM V PONT OPT MAX
GVILIELMI BLANCI IVNIORIS
Albiensis Iurisconsulti
GALLIA
ROMAE, ex auctoritate Superiorum CIↃ IↃ XXCVII

S. D. N.

SIXTO QVINTO

PONT. MAX.

EIDEMQ. MVNIFICENTISSIMO

MECOENATI SVO

GVILIELMVS BLANCVS IVNIOR.

SOLONEM legum ſcriptorem prudentiſſimum dixiſſe accepimus, Beatiſſime Patet, Remp. duabus rebus contineri, pœna, & præmio, ijſq. ſublatis ne punctum quidem temporis ſubſiſtere, ſed penitùs labefactari, atque conuelli, vt non immeritò Antiſthenes Philoſophus ei ciuitati, in qua nullum inter probos, & improbos, ſtrenuos, & ignauos diſcrimen eſſet, perniciem, & exitium minaretur: & illius præceptor Socrates tandem fore diceret, vt pœnis, & præmijs ſublatis & ipſi tollerentur è Rep. boni, cùm auctore Vlpiano boni non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorũ quoque exhortatione efficiantur. Nam Reſp. è malis, & bonis cùm conſtet, niſi illi ſupplicíorum metu à ſcelere reuocentur, iſti verò præmiorum ſpe ad virtutem

tutem allicianrur, & iſtorum langueſcer induſtria, & illorum in omne facinus protumpet audacia; vt non plùs interſit Reip. maleficia inulta, impunitaq. non dimitti, quàm virtutum præmia merentibus tribui; quibus etiã ſi careat, tamen ſit ſeipſa contenta virtus, ſibi ipſa merces pulcherrima, præmiumq. ampliſſimum. Et verè dictum eſt a Poëta:

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Tu nihil admittes in te formidine pœne.

Ac (ne externa ſemper, & antiqua, ſed vt noſtra aliquando, & hodierna, eaq. forſan illuſtriora proferamus exempla) quod illi ratione, & oratione, Tu reapſe, & actione veriſſimum eſſe declaraſti. Nam vbi primùm ad Chriſtianæ Reip. gubernacula ſedeſti, in facinoroſos homines, qui iunc temporis Vrbem ſeditionibus, latrocinijs vias, agros excurſionibus, adulterijs domos, templa ſacrilegijs, & cæde complebant omnia, ita grauiter animaduerriſti, vt intra pauciſſimos dies aut illis Italiam, aut illos certè Italiæ ademeris, erectisq. ſceleribus virtutem reſtitueris, vt quemadmodùm olim ob reſtitutos bonos mores S. P. Q. R. Conſularem ſtatuam in Senatu Marco Camillo erexit, ſic hodiernis temporibus idem Tibi Patri Patriæ, & Liberatori Pontificiam ſtatuam multò iuſtiùs in Capitolio ſtatuerit. Neq. verò hac in parte tantus fuiſti, vt in altera Reip. defueris, neque Te minùs erga bonos facilem, & beneficum, quàm in flagitioſos vehementem, & inexorabilem præbuiſti. Quorum enim vel ante Pontificatum in tractãdis negocijs Tuis fidem, & diligẽtiam perſpexeras, aut eruditionẽ, & integritatem cognoueras, vel quos etiam poſteà beneuolentia Tua dignos iudi-

dicaſti, omnes honoribus, præmijs, atque ſplendore decoraſti, vt acerrimo præditus iudicio in expendendis cuiusq. meritis, ita eximia liberalitate in remunerandis. Proſperexeras enim pro ſumma illa prudentia Tua, tributum priuato homini præmium non illius tantùm commodo cedere, ſed longè, lateq. ſe pandere, ac vnius pœnam, & præmium in vniuerſam Remp diffundi. Nam quemadmodùm fulmina paucorum periculo iaciuntur, omnium tamẽ metuitta vnius pœna metus eſt multorũ, vniuiq. præmium ceterorum inuitamentum. Dicam ingenuè (etſi nõ libenter facio, vt de me ipſe loquar) ſi quæ ſors cecidit mihi, alteri cecidiſſet, ſi vt clariùs dicam, quibus me præmijs affeciſti, alterum eandem ob cauſſam affeciſſes, ita me ames, SIXTE Pontifex, niſi optimi Principis munificẽtiam dilaudaſſem, niſi aliena me virtus ad idem faciendum ſtimulaſſet, & excitaſſet. Scio, Beatiſſime Pater, quàm lubrico, & difficili in loco mea verſetur oratio, meq; in eas anguſtias adduci, vt in Scyllam incidam cupiens Charybdim declinare. Nam vel in me aliquid agnoſcam oportet, quod me apud Te gratioſum fecerit, vel grauiſſimo iudicio, quod de me feciſti, non acquieſcam: & hoc improbitatis, & illud ſtultitiæ, vtrũque verò à ſenſu meo maximè alienum. Neque enim is ego ſum, qui in Principis longè ſapientiſſimi de me iudicia curioſiùs inquirere aut velim, aut debeam, ſed enim potiùs, vt conceptam de me opinionem ſi non vincam, at ſaltem ſuſtineam. Verùm meæ mihi conſcius tenuitatis nihil in me video, quod Tua me beneuolẽtia dignum efficere potuerit, & quæ in me contuliſti beneficia, ea ſummæ humanitati Tuæ accepta refero. Nullam equidem in

me

me doctrinam cùm agnoſcam, agnoſco certè ingenitum doctrinæ amorem, eamq. tanti apud Te eſſe, vt in meipſum etiam doctrinæ amorem amaueris. Nam quemadmodùm natura comparatum eſt, quos vehementi amore proſequimur, eorum etiam amantes vt amemus, & ſi quæ vſquàm imago, & effigies appareat, in eam perinde ac in viuam, & ſpirantem illorum faciem figamus obtutum: ita tanto Te virtutis ſtudio teneri dicendum eſt, vt illius etiam in me vmbram, & imaginem non aſpernens. Neque verò hæc virtutis, & doctrinæ modò adumbrata ſigna, vſus, & ætatis progreſſu ſenſim exprimi, & perpoliri poſſe diffido. Quod autem mihi tributũ præmium amplißimum, in vniuerſam Remp literariam redundabit, & Tibi immortali futurũ eſt gloriæ, quod mihi nũc eſt ornamento. Multa iam feciſti, plura etiam facis in dies, & plurima Te facturum ſperamus ad ſummi DEI gloriã, vtilitatem publicam, & maximã nominis Tui celebritatem, quæ publicis literis, monumentisq; cõſignabuntur omnia: ſed & illud nõ indignum, quod Annalibus Tuis addatur, SIXTI V. temporibus exſtitiſſe in Vrbe Gallum hoſpitem, & peregrinum, eumq; nullo anteà notum obſequio, nullius Principis, aut alterius cuiuſcũque commendatione, ſed vno, aut altero oblato opuſculo, ſolius virtutis habita ratione, ſola Optimi Põtificis benignitate, in illius gratiam veniſſe, ac nihil huiuſmodi ſperantem, ſed ne cogitantem quidem die poſtera ad faciem Cubiculi penetralia adſcitum, & in intimorum Cubiculariorum (quos honorarios appellant) à viris Principibus ambitum Ordinẽ, ipſum vltrò cooptatũ ac (vt ſpero) ijs omnibus, quæ ad tuendam dignitatem faciunt,

breui

breui cumulatum. Et verò, Sanctiſſime Pater, cùm ex alijs nationibus plerique omnes in ſacro Cubiculo militarent, ex vna Gallia nullus, potuiſſet illa filia primogenita, eaq; non ingrata, velut inofficioſæ cuiuſdam donationis aduerſùs ſuperiorum Pontificum diſpoſitiones querelam inſtituere, & vt in ſacroſancto Cardinalium Collegio, in ſacro Rotæ Auditorio, ita etiam in ſacro Cubiculo locum ſibi poſtulare. Sed Tu communis omnium parens obſequentiſſimos liberos Tuos æquo iure cõſuiſti, & quod ab alijs ſtudioſè ambitur, id Franciæ vltrò detuliſti, ac illius prætermonem ab alijs Pontificibus factam bonoris quodam auctario compẽſaſti. Habeo igitur quod Tibi cum alijs debeam quod Gallum elegiſti, hoc mihi commune cum Gallia, quæ præſenti carmine agit Tibi gratias immortales: quod ſtudioſum, hoc cum literatis, quorum exſtabunt monumenta ad memoriam nominis Tui ſempiternã: quod me vnum ex omnibus Gallis, & ſtudioſis, hoc mihi verò proprium, & peculiare eſt, ob quod ſingulare beneficium, feciſti (quod Furnius Auguſto Cæſari dicebat) vt & viuam, & moriar ingratus, cui paria facere nunquam potero. Quod vnum poſſum, puriſſimas animi mei de Te cogitationes, flagrãtiſſimũ Tui ſtudium, & cultũ, conſtantiſſimam Tibi fidẽ, & perpetuam erga Illuſtriſſimã Perettorum gentem obſeruantiam ad Beatitudinis Tuæ pedes prouolutus offero: & quantùm parenti optimo filius obſequentiſſimus, Summo Pontifici vir Eccleſiaſticus, domino colendiſſimo ſeruus fideliſſimus, Mecœnati munificẽtiſſimo alumnus deditiſſimus debere poteſt, tantùm Tibi me ipſe debere profiteor: ac illud ſummopere cauebo ſemper, vt in

Te colendo pares habeam paucos, inferiores plurimos, ſuperiorem nemmem: quoſq. tempore priores habeo, vt illi fide, & diligentia ne me habeant poſteriorem. E ſacro Palatio Tuo Idib. April. CIↃ. IↃ. XXCVII.

AD GVILIELMVM BLANCIVM I. C. SANCTISSIMI D. N. SIXTI QVINTI

Cubicularium intimum

Aurely Vrſi Romani Anagramma.

GVILIELMVS BLANCIVS
LVMEN GALLIS CIVIBVS.

Virgilius Latys, Grays illuxit Homerus,
Tu LVMEN GALLIS CIVIBVS *exoreris.*

AD SANCTISS. D. N. SIXTVM V. PONT. OPT. MAX.

Guilielmi Blanci Albienſis I. C.

GALLIA.

ILLA ego, quæ quõdã domui victricibus armis
Extera Barbarico ſubdita regna duci:
Quæ potui gentes olim frenare ſuperbas
Juſtitiâ, vitiis ſub mea iura trahens:
Aera quæ magnum impleui clangore tubarum,
Claſſe fretum, terras militè, laude Polum:
Illa ego, quæ ſolus precibus non neſcia vinci
Pro tot finitimis Regibus arma tuli:
Viribus externis quæ neſcio vincter vnquàm,
Sola mei victrix, ſi modò victa forem:
Illa ego, quæ ſolo quondam pietatis amore
Ducta, meas duxi trans freta vaſta rates:
Reſtitui quæ ſacra ſacris, ferroq; coëgi,
Vt Turcæ imperio viueret ipſe meo:
Atque ad me redij ſpolijs Orientis onuſta,
Præfixi ſacris parta trophæa locis:
Illa ego, Romanos PETRI quæ ſede locatos
Pontifices, propriis reſtituiq; bonis:

Et pulchram petij per aperta pericula mortem,
Si moritur, qui vult pro pietate mori:
Illa ego, quæ claras colui ſtudioſius artes,
Seu Bellona tuas, ſiue Mineruа tuas:
Illa ego, quæ ſemper niuei candoris amica,
Et quæ de lactis nomine dicta fui
Gallia (ſed ſat erat ſolum præmittere nomen)
Grandior ad patrios accido nata pedes.
Atque colo te, SIXTE parens digniſſime cultu,
Et pedibus ſupplex oſcula figo tuis.
Aduentum fortaſſe meum mirabere ipſe,
Quòd ſubeam externos fœmina ſola Lares.
Quòd penetrem duros mõtes, & inhoſpita teſqua,
Pigra nec inceptum bruma retardet iter
Sed mirum non eſt. ſum fœmina nomine tantùm,
Cetera mas odi molle virago genus.
Inſolitos ſoleo ſola exantlare labores,
Poſſum ego & Alpinas exſuperare niues.
O quoties gelidas victricia ſigna per Alpes
Ipſa tuli, eaſus ſuſtinuiq; graues.
En erit illa dies unquàm, mihi bellica quando
Auſpicijs liceat ſigna mouere tuis.
En erit, vt tandem ciuili libera motu
Extera ſub SIXTO Principe bella geram.
Seu canis arentes exurat Sirius agros,
Seu rigeat duro terra coacta gelu,

Seu

Seu denſi obſcuro fundantur ab aëre nimbi,
Seu grauis æthereo perſonet axe fragor,
Ipſa æſtus, hyemem, pluuias, caliq́; fragorem,
Vimq́; omnem didici pertolerare libens.
Et mihi ab aduerſo via ſi præcluditur hoſte,
Præcluſam ſoleo ferro aperire viam.
Sed via tuta fuit, veni ſecura, nec vllus
Prædo oculos vſquàm conſtitit ante meos.
Per nemora, & ſaltus veni, perq́; inuia ſaxa,
Et ſecui celeri, flumina larga, rate.
Sed nemora, & ſaltus, ſed & inuia ſaxa quieſcunt,
Et tranquilla fouet, flumina larga, quies.
Omnia tuta ſilent: tutus venator in altis
Montibus intorta cuſpide figit apros.
Fluminis in longo piſcator margine tutus
Pendula fallaci tentat ora cibo.
Tutus & umbroſis in ſyluis callidus auceps
Incautas fictis carmine fallit aues.
Summo mane vocat deſertis tutus in aruis
Ruſticus auerſos ſub iuga dura boues.
Tutus & in pratis tenui proludit auena
Imparibus paſtor carmina iuncta modis.
Et vidi, & memini: neque tanta incognitus auctor
Pacis: ſub SIXTO *paxq́;, quieq́; vigent.*
SIXTVS *ſic placida Auſonios in pace gubernat,*
Aurea Saturni ſecula vt eſſe putem.

Piſcator tua, SIXTE, ſuo, venator, & auceps,
Ruſticus, & paſtor carmine facta canunt.
Auctorem agnoſcunt pacis, patriæq; parentem,
Et columen dicunt, præſidiumq; ſuum.
Cuncta ſonant SIXTVM, SIXTVM: te SIXTE receſſus,
Syluæ, agri, montes, flumina, prata ſonant.
Garrula dumoſis habitans in vallibus Echo
Carmina vicinis collibus acta refert.
Quæ vidi his oculis, quæ demum his auribus hauſi,
Hæc loquor. an credam ſenſibus ipſa meis?
At fortaſſe voles vemendi quærere cauſſas,
Fecerit externas me quid ire vias?
Tanta mihi SIXTVM fuerit qua cauſſa videndi,
Dum rabidæ belli ſeditionc premor?
Expectam pauca. Mihi quæ tranſmiſit alumnus,
Perlegi facili carmina ſcripta manu,
Carmina cordatum SIXTI teſtantia pectus,
Carmina ventura poſteritatis opus.
Fama meas illo cum carmine venit ad aures,
Fama tuum toto quæ vehit Orbe decus,
Te iuſto iniuſtos ferro domuiſſe latrones,
Te Latium Latio reſtituiſſe tuo.
Te vitijs ſanctam purgaſſe atrocibus Vrbem,
Armatis ſicas eripuiſſe viris.
Quæq; exſul terris in Cælum Aſtræa volarat,
E Cælo in terras te revocaſſe Deam.

Te

Te lata ſtrauiſſe vias ad templa remota,
Quæ populus toties religioſus adit.
Te priſca ingentem minitantia templa ruinam
Et templi ritus reſtituiſſe ſacros.
Prima nouæ templi te fundamenta locaſſe,
Tullus vbi excubias egerat antè ſuas.
Pavlo Antonino in ſumma in Cochlidis arce,
Nec' non Traianum ſuppoſuiſſe Petro.
Arcu conuexo duxiſſe in culmina montis,
Qui ſonat arguto murmure riuus aqua.
Obſcuris anulſa locis immania ſaxa
Ante Palatinas conſtituiſſe fores.
Plurima perpaucis te perfeciſſe diebus,
Maiora imò dies perficienda tibi.
Inueni veniens nudas ſua membra puellas,
Sed tamen illæſa virginitate graues,
Quæ properis altas ſuperabant curſibus Alpes,
Nullum humeris tulerat vel leue veſtis onus.
Fallor, an antiqui Charitas dixere Poëtæ?
Tres etenim vidi nexibus implicitas.
Illæ alacres ibant SIXTI benefacta canentes,
Cui Pylij optabant ſecula longa ſenis,
Sperantes maiora ſibi, neque maxima SIXTI
Ceſſantes variis dicere facta modis.
Vix ego credebam: tot enim quis credere poſſet?
An non hæc poterant exſuperare fidem?

Petre-

tutem alliciantur, & iſtorum langueſcet induſtria, & illorum in omne facinus prorumpet audacia; vt non plùs interſit Reip. maleficia inulta, impunitaq; non dimitti, quàm virtutum præmia merentibus tribui; quibus etiã ſi careat, tamen ſit ſeipſa contenta virtus, ſibi ipſa merces pulcherrima, præmiumq;. ampliſſimum. Et verè dictum eſt à Poëta:

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

Ac (ne externa ſemper, & antiqua, ſed vt noſtra aliquando, & hodierna, eaq; forſan illuſtriora proferamus exempla) quod illi ratione, & oratione, Tu reapſe, & actione veriſſimum eſſe declaraſti. Nam vbi primùm ad Chriſtianæ Reip. gubernacula ſediſti, in facinorosos homines, qui tunc temporis Vrbem ſeditionibus, latrociniis vias, agros excurſionibus, adulterijs domos, templa ſacrilegijs, & cæde complebant omnia, tu grauiter animaduertiſti, vt intra paucißimos dies aut illis Italiam, aut illos certè Italiæ ademeris, electisq; ſceleribus virtutem reſtituetis, vt quemadmodùm olim ob reſtitutos bonos mores S. P. Q. R. Conſulatem ſtatuam in Senatu Marco Catoni erexit, ſic hodiernis temporibus idem Tibi Patri Patriæ, & Liberatori Pontificiam ſtatuam multò iuſtiùs in Capitolio ſtatuerit. Neq. verò hac in parte tantus fuiſti, vt in altera Reip. defueris, neque Te minùs erga bonos facilem, & beneficum, quàm in flagitioſos vehementem, & inexorabilem præbuiſti. Quorum enim vel ante Pontificatum in tractãdis negocijs Tuis fidem, & diligẽtiam perſpexeras, aut eruditionẽ, & integritatem cognoueras, vel quos etiam poſteà beneuolentia Tua dignos iudicaſti,

Ba 2 901 u 2)

dicaſti, omnes honoribus, præmijs, atque ſplendore decoraſti, vt acerrimo prædituſ iudicio in expendendis cuiusq. meritis, ita eximia liberalitate in remunerandis. Proſpexeras enim pro ſumma illa prudentia Tua, tributum priuato homini præmium non illius tantùm commodo cedere, ſed longè, lateq; ſe pandere, ac vtilitatis pœnam, & præmium in vniuerſam Remp. diffundi. Nam quemadmodùm fulmina paucorum periculo iactuntur, omnium tamẽ metu: ita vnius pœna melius eſt multorũ, vnius q; præmium ceterorum inuitamentum. Dicam ingenuè (etſi nõ libenter facio, vt de meipſe loquar) ſi quæ ſors cecidiſſet mihi, alteri ceciderat, ſi vt clariùs dicam, quibus me præmijs affeciſti, alterum eandem ob cauſſam affecteſſes, ita me ames, SIXTE Pontifex, niſi optimi Principis munificẽtiam dilaudaſſem, niſi aliena me virtus ad idem faciendum ſtimulaſſet, & excitaſſet. Scio, Beatiſſime Pater, quàm lubrico, & difficili in loco mea verſetur oratio, neque in eas angustias adduci, vt in Scyllam incidam cupiens Charybdim declinare. Nam vel in me aliquid agnoſcam oportet, quod me apud Te gratioſum fecerit, vel grauiſſimo iudicio, quod de me feciſti, non acquieſcam & hoc improbitatis, & illud ſtultitiæ, virũque verò à ſenſu meo maximè alienum. Neque enim is ego ſum, qui in Principis longè ſapientiſſimi de me iudicia curioſiùs inquirere aut velim, aut debeam, ſed enim ponùs, vt conceptam de me opinionem ſi non vincam, at ſaltem ſuſtineam. Verùm mihi conſcius ſum nihil in me video, quod Tua me beneuolẽtia digna efficere potuerit, & quæ in me contuliſti beneficia, ea ſummæ humanitati Tuæ accepta refero. Nullam equidem in

me

breui cumulatum. Et verò, Sanctiſſime Pater, cùm ex alijs nationibus plerique omnes in ſacro Cubiculo mu-lirarent, ex vna Gallia nullus, potuiſſet illa filia primoge-nita, eaq. non ingrata, velut inofficioſæ cuiuſdam dona-tionis aduerſùs ſuperiorum Pontificum diſpoſitiones querelam inſtituere, & vt in ſacroſancto Cardinalium Collegio, in ſacro Romæ Auditorio, ita etiam in ſacro Cubiculo locum ſibi poſtulare. Sed Tu communis om-nium parens obſequentiſſimos liberos Tuos æquo iure cē-ſuiſti, & quod ab alijs ſtudioſè ambitur, id Franciæ vltrò detuliſti, ac illius præteritionem ab alijs Pontificibus fa-ctam bonoris quodam auctatio compēſaſti. Habeo igi-tur quod Tibi cum alijs debeam: quod Gallum elegiſti, hoc mihi commune cum Gallia, quæ præſenti carmine agit Tibi gratias immortales, quod ſtudioſum, hoc cum literatis, quorum exſtabunt monumenta ad memoriam nominis Tui ſempiternā: quod me vnum ex omnibus Gallis, & ſtudioſis, hoc mihi verò proprium, & peculia-re eſt, ob quod ſingulare beneficium, feciſti (quod Fur-nius Auguſto Cæſari dicebat) vi & viuam, & moriar in-gratus, cui paria facere nunquam potero. Quod vnum poſſum, puriſſimas animi mei de Te cogitationes, flagrā-tiſſimū Tui ſtudium, & cultū, conſtantiſſimam Tibi fidē, & perpetuam erga Illuſtriſſimā Perettorum gentem ob-ſeruantiam ad Beatitudinis Tuæ pedes prouolutus offe-ro: & quantùm patrono optimo filius obſequentiſſimus, Summo Pontifici vir Eccleſiaſticus, domino colendiſſi-mo ſeruus fideliſſimus, Mecœnati munificētiſſimo alum-nus deditiſſimus debere poteſt, tantùm Tibi me ipſe de-bere profiteor: ac illud ſummoperè enitar ſemper, vt in

te co-

Te colendo pares habeam paucos, inferiores plurimos, ſuperiorem neminem: quoſq. tempore priores habeo, vt illi fide, & diligentia ne me habeant poſteriorem. E ſacro Palatio Tuo Idib. April. CIↃ. IↃ. XXCVII.

AD GVILIELMVM BLANCIVM I. C. SANCTISSIMI D. N. SIXTI QVINTI

Cubicularium intimum

Aurelij Vrſi Romani Anagramma.

GVILIELMVS BLANCIVS
LVMEN GALLIS CIVIBVS.

Virgilius Latys, Grays illuxit Homerus,
Tu LVMEN GALLIS CIVIBVS *exoreris.*

AD SANCTISS. D. N. SIXTVM V. PONT. OPT. MAX.

Guilielmi Blanci Albienſis I. C.

GALLIA.

ILLA ego, quæ quõdã domui victricibus armis
Extera Barbarico ſubdita regna duci:
Quæ potui gentes olim frenare ſuperbas
Juſtitiâ, victas ſub mea iura trahens:
Æra quæ magnum impleui clangore tubarum,
Claſſe fretum, terras milite, laude Polum:
Illa ego, quæ ſolis precibus non neſcia vinci
Pro tot finitimis Regibus arma tuli:
Viribus externis quæ neſcio vincier vnquàm,
Sola mei victrix, ſi modò victa forem:
Illa ego, quæ ſolo quondam pietatis amore
Ducta, meas duxi trans freta vaſta rates:
Reſtitui quæ ſacra ſacris, ferroq; coëgi,
Vt Turcæ imperio viueret ipſe meo:
Atque ad me redij ſpolijs Orientis onuſta,
Præfixi & ſacris parta trophæa locis:
Illa ego, Romanos PETRI quæ ſede locaui
Pontifices, propriis reſtituiq; bonis:

Et pulchram petij per aperta pericula mortem,
Si moritur, qui vult pro pietate mori:
Illa ego, quæ claras colui ſtudioſiùs artes,
Seu Bellona tuas, ſiue Mineruа tuas:
Illa ego, quæ ſemper niuei candoris amica,
Et quæ de lactis nomine dicta fui
Gallia (ſed ſat erat ſolum prænittere nomen)
Grandior ad patrios accido nata pedes.
Atque colo te, SIXTE parens digniſſime cultu,
Et pedibus ſupplex oſcula figo tuis.
Aduentum fortaſſe meum mirabere ipſe,
Quòd ſubeam externos fœmina ſola Lares.
Quòd penetrem duros mõtes, & inhoſpita teſqua,
Pigra nec inceptum bruma retardet iter.
Sed mirum non eſt: ſum fœmina nomine tantùm,
Cætera mas: odi molle virago genus.
Inſolitos ſoleo ſola exantlare labores,
Poſſum ego & Alpinas exſuperare niues.
O! quoties gelidas victricia ſigna per Alpes
Ipſa tuli, caſus ſuſtinuique graues.
En erit illa dies unquàm, mihi bellica quando
Auſpicijs liceat ſigna mouere tuis.
En erit, vt tandem ciuili libera motu
Extera ſub SIXTO Principe bella geram.
Seu canis arentes exurat Sirius agros,
Seu rigeat duro terra coacta gelu,

Seu

Seu denſi obſcuro fundantur ab aëre nimbi,
Seu grauis athereo perſonet axe fragor,
Ipſa æſtus, hyemem, pluuias, caliq́; fragorem,
Vimq́; omnem didici pertolerare libens.
Et mihi ab aduerſo via ſi præcluditur hoſte,
Præcluſam ſolco ferro aperire viam.
Sed via tuta fuit, veni ſecura, nec vllus
Prædo oculos vſquàm conſtitit ante meos.
Per nemora, & ſaltus veni, perq́; inuia ſaxa,
Et ſecus celeri, flumina larga, rate.
Sed nemora, & ſaltus, ſed & inuia ſaxa quieſcunt,
Et tranquilla fouet, flumina larga, quies.
Omnia tuta ſilent: tutus venator in altu
Montibus intorta cuſpide figit apros.
Fluminis in longo piſcator margine tutus
Pendula fallaci contegit æra cibo.
Tutus & umbroſis in ſyluis callidus auceps
Incautas fixo carmine fallit aues.
Summo mane vocat deſertis tutus in aruis
Ruſticus auerſos ſub iuga dura boues.
Tutus & in prato tenui proludit aucna
Imparibus paſtor carmina iuncta modis.
Et vidi, & memini: neque tanta incognitus auctor
Pacis ſub SIXTO *paxq́;, quieſq́; virgeni.*
SIXTVS *ſic placida Auſonios in pace gubernat,*
Aurea Saturni ſecula vt eſſe putem.

Piſcator tua, SIXTE, *ſuo, venator, & auceps,*
Ruſticus, & paſtor carmine facta canunt.
Auctorem agnoſcunt pacis, patriæq; parentem,
Et columen dicunt, præſidiumq; ſuum.
Cuncta ſonant SIXTVM, SIXTVM *te* SIXTE *receſſus,*
Sylua, agri, montes, flumina, prata ſonant.
Garrula dumoſis habitans in vallibus Echo
Carmina vicinis collibus acta refert
Quæ vidi his oculis, quæ demum his auribus hauſi,
Hæc loquor: an credam ſenſibus ipſa meis?
At fortaſſe voles veniendi quærere cauſſas,
Fecerit externas me quid intrare vias?
Tanta mihi SIXTVM *fuerit quæ cauſſa videndi,*
Dum rabida belli ſeditione premor?
Expediam paucis. Mihi quæ tranſmiſit alumnus,
Perlegi facili carmina ſcripta manu,
Carmina cordatum SIXTI *teſtantia pectus,*
Carmina venturæ poſteritatis opus.
Fama meas illo cum carmine venit ad aures,
Fama tuum toto quæ vehit Orbe decus,
Te iuſto iniuſtos ferro domuiſſe latrones,
Te Latium Latio reſtituiſſe tuo.
Te vitijs ſanctam purgaſſe atrocibus Vrbem,
Armatis ſicas eripuiſſe viris.
Quæq; exſul terris in Cælum Aſtræa volarat,
E Cælo in terras te reuocaſſe Deam.

Te

Te latas strauisse vias ad templa remota,
Quæ populus totiens religiosus adit
Te prisca tangentem mutantia templa ruinam,
Et templi ritus restituisse sacros.
Prima noui templi te fundamenta locasse,
Tullus vbi excubias egerat antè suas.
Pavlo Antoninum te summa in Cochlide arce,
Nec' non Traianum suppositisse Petro.
Arcu conuexo duxisse in culmina montis,
Qui sonat arguto murmure riuus aqua.
Obscuris auulsa locis immania saxa
Ante Palatinas constituisse fores.
Plurima perpaucis te perficisse diebus,
Maiora tmq; dies perficienda tibi.
Inueni venientes nudas sua membra puellas,
Sed tamen illæsa virginitate graues,
Quæ properis altas superabant cursibus Alpes,
Nullum humeris inerat vel leue vestis onus.
Fallor, an antiqui Charitas dixere Poëtæ?
Tres etenim vidi nexibus implicitas.
Illæ alacres ibant SIXTI *benefacta canentes,*
Cui Pylij optabant secula longa senis,
Sperantes maiora sibi, neque maxima SIXTI
Cessantes variis dicere factа modis.
Vix ego credebam, tot enim quis credere posset?
An non hæc poterant exsuperare fidem?

Petre-

Perrexi viſura, meis ſed credere nondum
Poſſum oculis, vtſne luditur arte mea?
Quæ video? cuncta hem! video ſuperantia famam,
Omne omni video carmine matus opus.
En vt ſub SIXTO *Laurentia regna quieſcunt?*
Vt pax compoſitis motibus alma viget?
En vt abeſt toto infeſtus graſſator ab agro?
Vt carpit tutum nocte viator iter?
En vt abeſt tota immanis ſicarius Vrbe?
En vt abeſt tota fur regione latens?
En vt pacificè degit cum coniuge coniunx,
Cum genitore puer, cumq́; ſorore ſoror?
Vt metuunt omnes adiurgia ſoluere linguam?
Vt metuit coniunx fallere iura thori?
En ſimplex virgo tedas exoſa iugales
Vt uiuit nullis ſollicitata procis?
En vt ſub SIXTO *redituua Aſtræa reſurgit,*
Nec prece, nec precio flectier illa poteſt?
En vt præſcriptis moderatur Legibus Vrbem
SIXTVS, *& vt Roma priſtina Iura nouat?*
En vt deterret prauos formidine pœna?
Vt dignis defert præmia digna viris?
En vt prima noui ponit fundamina templi,
Splendori antiquum reſtituitq́; ſuo?
En vt conuexa teſtudine ducit in Vrbem
Illimes riuos proſilientis aquæ?

En

En vt cliuoſi complanat culmina montis?
Vtq; breui longum tempore ſternit iter?
En antiqua velut veterum ſimulacra Deorum
E Capitolina deiecit arce pius?
Qua facies Vrbis? ſecli quis vertitur ordo?
Nunc Vrbs hoc maior, quò fuit antè minor.
Qualis Roma modò? quantùm mutatur ab illa
Roma, qua vanos vana ſecuta Deos?
Cùm mea gens nondùm veræ pietatis amica,
Imperio nondùm nobilitata meo,
Nocte ſub obſcura Tarpeiam irrupit in arcem,
Excubia ſomno dum iacuere graui,
Atque anſer vanco ſoluit ſtridore ſoporem,
Et vigili Brennum prodidit ore ducem.
Tunc Vrbem miſeram temerarius error habebat,
Exitiale nefas, impietaſq; grauis.
Nunc verò excuſſa errorum caligine felix
Reſplendet veri cognitione Dei.
Nunc puris addicta ſacris ſub Principe SIXTO
Induperatorum futile ridet opus.
„*Tempore mutantur populi, mutantur & vrbes,*
„ *Et tacitum tacito tempore tempus abit.*
Cæſaris en Obelus fama ſuper æthera notus
Obrutus aggeſto rudere vt antè fuit?
Cæſare maioris nunc iuſſu Principis ipſe
Conſpicuo erectus ſurgit in aſtra foro.

Quodq.

Quodq́ superstitio sibi grande erexerat olim,
Nunc est diuina Religionis opus.
Cæsaris interyit fastus: sub Cæsare natus
CHRISTVS, sub CHRISTO Cæsar & ipse perit.
Diuinos Cæsar sibi decernebat honores,
Qui tamen humanæ conditionis erat.
CHRISTVS factus homo grauida genitricis in aluo,
Sed qui non ideo desiit esse Deus.
Hic est, ille fuit, tenuesq́ euasit in auras:
„ Ipsa sua tandem gloria molerunt.
At CHRISTI maior super as se tollit in auras
Gloria, nec casu corruit illa graui.
Cæsaris è tumulo tibi, CHRISTE, renascitur ingens
Gloria, quæ mortis nescia viuet anus.
O moles miranda diu mirandus & auctor,
In medium qui te transtulit arte forum.
Sed nouus en prodit super as Obeliscus in oras,
Qui fuit aggesta contumulatus humo?
Maximus in Circo latitauit Maximo, & ecce
Nunc est inuentus, Maxime SIXTE, tibi.
Felix è nimium felix Obelisce resurgis.
O quantò est melior sors tua sorte tua?
Tu cæca tenebris incognitus ante latebas,
Nunc clarum è tenebris exseris ipse caput.
Et priùs occulta occultum quem valle habebat,
Nunc mons in Cœli Culmus astra ferit.

Te

Te Solis nato ſacrauit vana vetuſtas,
Sed Solis patri nunc erit ipſe ſacer.
Longæuo fuerat moles inſcripta Rhamneſti,
Quod lateri inciſa continuere notæ.
Longæuo SIXTO *nunc inſcribenda, quòd ille*
Ad Lateranenſem te tubet ire domum.
Ille facit, longos vt ſtes immota per annos:
Illi tu longi temporis omen eris.
O felix iterùm moles, celebrandaq́; cultis
Vatibus ò quæ te carmina docta manent.
Carmina, quæ nunquam poterit delere vetuſtas:
Carmina non vllo deperitura rogo.
Vt neque ſaxa tacent, ſic nec tacet inclyta virtus:
Qui lapides tollit, tollit & ille viros.
Hinc fortunæ procul, procul hinc confictus Chimæra,
Si modò quod nihil eſt, hinc procul eſſe poteſt.
Fortunam cæcam Calo tu Roma locabas,
Fortunæ cæcæ tu mihi cæca mages:
Immò oculata nimis, nihilum quod Roma videres:
Quin cæca omninò, ſi nihil ipſa vides.
Nil fortuna fuit, nihil eſt, nihil ipſa futura,
Aut nihilo quicquam ſi minus eſſe poteſt.
Vna etenim virtus illa eſt, quæ Principe SIXTO
Non ſita ſublimes tollit in aſtra viros.
Illa beat meritos, meritis & honoribus auget,
Diuitias confert, pauperiemq́; leuat.

Muneribusq; fidem, ſibi conſtantiſſima, ſeruat:
Et quos clarificat, ſemper amica fouet.
Vt SIXTVM *ella fouet,* SIXTVS *ſic confouet illam,*
Nec patitur longo delituiſſe ſitu.
Sixtvm effert virtus, virtutem SIXTVS *& effert:*
Hæc dat, & ille capit: hic dat, & illa capit.
Res magè mira mihi, & nunquam ſperata videri
Seſe nunc oculis obiecit ipſa meis.
An ne meo x mendax oculos deludit imago?
An ne mihi Morpheus ſomnia vana facit?
Ecce ſuas Muſas media verſantur in Aula,
Non iam Parnaſſum, non Helicona tenent.
Euge Palatina tandem ſaluete Sorores:
Aulica nunc ſalue, ruſtica turba prius.
Antè nemus vobis, valles, & rura placebant:
Nunc rus, & vallis, diſpliciteq; nemus.
Antè Meduſæos fontes habitare placebat,
Nec non Aonij culmina ſumma iugi.
Nunc Vaticani placuere palatia montis:
Aureus hic locus eſt, laureus ille fuit.
In Vaticano, Muſæ, felicitèr eſte:
Conuenit vt veſtris Vatibus iſte locus?
Hic igitur quoniam iuſſit vos ſiſtere SIXTVS,
Siſtite, nec veſtrum deerit Apollo chorus.
Nam præerit SIXTVS *vobis, cantumq; præibit*
In medio reſidens alter Apollo choro.

Non

Non deerunt fontes, riuosque SIXTVS *in Vrbem*
Deduxit: fontes profiluere noui.
Immò Quirinali fontes in monte parantur,
Ipſa Caballinum quem modò Roma vocat.
Non deerunt horti, SIXTVS *ſibi fecerat hortos,*
Et Vaticano nobilis hortus inest.
Non deerunt montes, ſeptenoVrbs vertice ſurgit,
Et triplicis montis ſtemmata SIXTVS *habet.*
Chalcographi haud deerũt, cudãt qui carmina veſtra,
In Vaticano collocat ille typos.
Hic igitur SIXTI *imperio confidite, Muſæ,*
Nec paupertatis vos graue mergat onus.
Vos ſciat ille inopes, mendicas neſciat vnquàm:
Spem non exiguam vos agitare iubet,
Sperate, atque bonis vosmet ſeruate futuris:
Vos ſola SIXTVS *voce beare poteſt.*
En & alumnus adeſt? Et tu cariſſime ſalue,
Quem fouit blando mater amica ſinu
Principis vt SIXTI *celeberrima facta viderem,*
Huc veni numeris ipſa vocata tuis.
Quàmlibet immenſo deſcribas carmine SIXTVM,
Res eſt carminibus grandior ipſa tuis.
Et ciuis Charitas, moueaſq; Helicona virentem,
Excedunt grates tot benefacta tuas.
En quales, quantoſq; tibi largitur honores
Præcipuo Princeps dignus honore coli?

En vltrò tete admittit pẽtralibus Aulæ?
An non exſuperant ſpem benefactatuam?
Hunc, fili, venerare libens, dum vita manebit:
Fac etiam viuat gratia morte tua.
At tibi, Sancte Parens, cui Gallica natio cura,
Et cuius felix exitus acta probat,
Munere prò tanto dignas perſoluere grates
Certè equidem noſtra non opus eſſe reor.
Sed ſaltem memori benefactum mente repoſtum
Hærebit, grates ego tibi ſemper agam.
Et populus ſummo Phœbus quem proſpicit ortu,
Me non ingratam ſentiet eſſe tibi.
Quique premit duras Tarteſſia littora plantis,
Me memorem tanti muneris eſſe ſciet.
Quique eſt extremi gelida ſub cardine mundi,
Vni deuotam me ſciet eſſe tibi.
Quique habitat Cancri combuſtam ardore Syenen,
Me memorem tanti ſentiet eſſe boni.
Non me, ſomnifera liberem ſi pocula Lethes,
Immemorem faceret muneris illa dati.
Explora quacunque vales, ego tuſſa capeſſam,
Vt poſita in patrys filia prima ſacris.
Seu tu crudeles, Phlegetontica femina, Turcas
Magnanimus bello ſolicitare paras:
Siue cauum ratibus manis ſulcare Lemannum,
Vt trepidos hoſtes obſidione premas:

Seu

Seu magè ſacrilegos vis debellare Britannos,
Quos nobis aquor diuidit, atque fides:
Non inulta ſequar, ſed non ſequar, immò parabo,
Hoſtibus armatas ingeiamq; manus.
Occidet Occiduus nauali Marte Brittannus,
Solis ad occaſum fœmina ſæua cadet.
Sanctorum innocuo nondum ſatiata cruore,
(Proh ſcelus indignum!) fœmina regnat adhuc.
Regnat adhuc, ſauiq; animis, & cæca furore
Criminis vltorem non videt eſſe Deum.
Juſte Deus, ſcelerum vindex, & criminis vltor,
Qui geris inuicta tela triſulca manu,
Impunita ſines, & tot patieris inulta
Crimina, ſupplicio crimina digna graui?
Cur non ipſe tonas? Cur non tua fulmina torques?
Cur tua in auctorem languida facta manus?
Impia lena pios, iuſtos iniuſta trucidat,
Et furit in pœnas ingenioſa nouas.
Luſus et, manica, compes, crux, vincula, carcer:
Et morti inſontes dedere, luſus et.
Innocuus ſanguis vindictam poſcit, & ipſe
Purgari fuſo ſanguine ſanguis auet.
Tot notha nota notis, tot fœmina nota nefandis
Actibus, inſano nota furore nimis,
Attollit tepido ſtillantem ſanguine dextram:
Cognataq; nouæ cædi madeſcit humus.

Non ſat erat claro Reginam ſanguine cretam
Carcere concluſam detinuiſſe deu,
Ni quoque conſpiceret caput a ceruice reuulſum,
Fœmina (an caſtæa ſauior illa tigri?
O vos, quos ſummi voluit moderator Olympi
Aurea regali ſceptra tenere manu,
Vnanimes terræ tam dirum excludite monſtrum:
Alcides vobis fiet & ipſe minor.
At tu Sancte Senex, cuius ſtat legibus Orbis,
Imperium CHRISTVS *cui ſine fine dedit,*
Dic modo pugnaces coeant in prælia turmæ,
Et Iani anceps claustra patere tube.
O ego quos habeo iuuenes ad bella paratos:
O quales mihi ſunt in tua vota duces.
A me vindictam proprio nunc iure repoſcunt
Fœdera cum Scotis Regibus icta mihi.
Illa mihi quondam materno ſanguine iuncta
Siccine crudeli cæde peremptæ iacet?
Quam duxit, thalamos libens in parte locauit
Vnus de noſtris Regibus, ictarunt?
Et ceſſo in gemitus? & ceſſo in prælia? nec me
Impellit laſam iuſtus in arma furor?
Arma, arma. effuſo placabo ſanguine manes,
Anglica victrici monſtra domabo manu.
Tu mihi dexter ades, quoniã tua, Summe Sacerdos,
Res agitur, ſimilis te quoque cura premat.

Pon-

Pontificem mulier ſolio detruderat Summum
Auſa erat in terris imperioſa ſuis
Fulmine diſtectos priſci finxere Poëta
Terrigenas auſos in Iouis ire domum,
Illoſq́; impoſiti montis pro taltibus auſis
Vaſta mole premi fabula ficta refert
Impia qua Calo inſultat, CHRISTIq́; miniſtrum
Non colit, immiſſo fulmine tecta ruet.
Et tandem infelix ALTO *ſub* MONTE *iacebit:*
SIXTE, tubas belli nunc dare ſigna tube.
Gallus erit miles, ſub te qui pralia inibit:
Et tua qui ſcribet pralia, Gallus erit.
Dent ſuperi, longa vt longis reſpondeat atas
Auſibus, vtq́; operi vita ſit aqua tuo.
Serus vt in Caelum redeas, populoq́; Quirini
Interſis, nec te tollat iniqua dies.
Hic potiùs magnus magnos tibi quare triumphos,
Neu patere, vt Solymam, te duce, Turca premat.
SIXTE adſiſte bonis, & SIXTE reſiſte proteruis,
Et Pater hic Patria dicier ipſe velis.
Hic Princeps, hic tu Paſtor permitte vocari:
Hic Mecanatis nobile nomen ames.

FINIS.

GVILIELMVS BLANCVS

EPISCOPVS TOLONENSIS

GVILIELMO NEPOTI SVO

ROMAM.

VR nimis effusos veteres dixere nepotes?
An quia consueuit prodigus esse nepos?
Scribis magnificè, Non est mendicus Apollo:
Cur igitur toties sedulus ara petis?
Sæpe nepos nummos alieno tempore poscis:
Hoc tibi pro nummis accipe consilium
Si desint loculi, Patruorum viuito more:
Cum fueris locuples, viuito more tuo.
Si tibi viginti reddat sestertia fundus,
Nunquid eo centum pendere iure potes?
Multũ, inquis, spargo, quo sit quamplurima messis:
Messis tempus adest dic mihi, quando metes?
A puero tibi sum Mecœnas, ecce resigno
In manibus Papa nomen, & officium.
Qui te sponte sua tam grato affecit honore,
Hic tibi diuitias, nullaq; verba dabit.
Pontificem reuerenter habe, CHRISTO*q; potenti*
Submitte ingenium, vota, precesq; tuas.

Tolon. XIIII. Kal. Apr. 1587.

REVERENDISSIMO
D. GVILIELMO BLANCO
EPISCOPO TOLONENSI

Patruo colendiſsimo, eidemq́, Exmeccœnate ſuo

GVILIELMVS BLANCVS IVNIOR

TOLONVM.

QVR nimus effuſos veteres dixere nepotes?
An quia non ſoleat prodigus eſſe nepos?
Sic à lucendo lucum dixere Latini,
Sic à parcendo Parca vocata fuit.
Scripſi magnificè, Non eſt mendicus Apollo.
Qua ſcripſi SIXTO, *tu tibi ſcripta putas?*
Poſcere ſæpe volo, verum ne poſcere poſſim
Maieſtas tanti Principis ipſa facit.
Et quoties aliquid conatur poſcere SIXTVM,
Torpeſcit toties lingua retenta metu.
Talia ego ora rubent roſeo ſuffuſa pudore,
Qualia Tithoni coniugis ora rubent.
Quinetiam ille ſuis donat permulta libenter,
Atque importunas vult procul eſſe preces.
» Sat poſcit, qui nil poſcit, nam maxima dona
Accipit à SIXTO, *qui nihil ipſe petit.*

At

At mihi tu Patruus, longo tu cognitus vſu?
Verba tibi poſſum liberiora loqui.
Tu mihi Mecœnas, teneris tu fautor ab annis:
Tu toties nummos ſuppeditare ſoles.
Sed nunc pro nummis cur das mihi carmina Vatis?
Ipſe peto nummos, non peto conſilium.
Carmen adeſt, ſed nummus abeſt: non cudo monetã,
Aſt vno centum carmina cudo die.
Meſſis, ait, iam tempus adeſt, ſucceſſit & æſtas:
Tempus adeſt, fateor, ſed ſine falce meam?
Nec metitur gratis, nec gratis campus aratur:
Vt tua ſementis, ſic tua meſſis erit.
Carmine quot vellent alio traducere meſſem,
Carmine traduci meſſis at iſta nequit.
Si mihi nunc SIXTVS Mecœnas incipit eſſe,
Cur mihi Mecœnas deſinit eſſe prior?
Ille mei quenam tibi, Patrue, cura receſſit?
Ille mei quonam corde receſſit amor?
An tibi nunc alius videor? nec, vt antè ſolebam,
Dignus amicitia, muneribuſq; tuis?
Sed ſcio, quid tibi vis. cum ſol ſplendeſcere cepit,
Splendorem amittunt aſtra minora ſuum.
Fluq; vago Oceano perdit ſua nomina flumen,
Atque minor ceſſat hic, vbi maior adeſt:
Sic Mecœnatis pure nunc ipſe reſignas
In manibus Papæ nomen, & officium.

Qui

Qui me ſponte ſua tam grato affecit honore,
Hic mihi diuitias, nullaq; verba dabit.
Pontificem reuerebor enim, CHRISTOq; potenti
Submittam ingenium, vota, preceſq; meas.
Hoc mihi conſilium quouis precioſius auro
Non peto tam nummos, ſed peto conſilium.

FINIS.

ROMAE,

Ex Typographia Titi & Pauli de Dianis. CIↃ. IↃ. XXCVII.

FI 146255